Venite benedicti ⁊c̄. Et ideo in .lx. legit̄ euan
gelium. Cum turba ꝑlima. Luce. viij. c. de ſe
mine verbi dei. vt homines ſemmēt opa miſ
ericordie ad habendā illā benedictōnem. Et
qꝛ ſemē in ꝑtib; ſuffocat̄. ideo clamat alta vo
ce in introitu. Exurge q̄re obdormis dn̄e. ⁊c̄.
¶ In tercia vero domica. ſcꝫ quinquageſime.
oſtendit ꝑ quē velit liberari. ſcꝫ per deuꝫ. vn̄
in introitu dicit. Eſto mihi in deum protecto
rem. et quia dominus prope eſt omib; inuocā
tibus eū. ſequit̄ liberacō in ſequenti domica.
vnde dicit in introitu. Inuocabit me et ego ex
audiam eum. Impoſſibile eſt em̄ quin ille libe
retur qui aꝑit ꝑ confeſſionē peccata ſua q̄ ſūt
dolores ducentes ad īfernum. et dolet dolore
ſatiſfactorio. et petit a domino liberari. Quia
vero peccata hominē a deo ſepant. ideo dubi
tando dicit. Exurge. Item dicit ter. exurge
in hodierno introitu ꝓpter triplices filios. ꝑ
mo em̄ clamat ꝓ filijs qui temptant̄ per adū
ſa. ſed non ſuccumbut vt paulꝰ ꝓpter quos di
cit. Primo exurge quare obdormis. id eſt ob
dormire videris. non exaudiendo vel liberādo
et hoc facit dominꝰ vt probent̄ et examinent̄
in igne tribulacōnis. puriores enim exierunt
tres pueri de fornace regis babilonis quā in
trauerūt. vnde non dormit ſicut habet̄ hiere.
ij. vigilantē virgā ego video. et dicit dominꝰ
ſtatim bene vides. quia vigilabo ego ſuꝑ gre
gem meam et ſuꝑ filios meos. ꝑs. Ecce nō dor
mitabit neqꝫ dormiet. q̄ cuſtodit iſrael. Et q̄n
tum ad iſtos dicit poſtea obliuiſceris tribula
tionis. quia ſingula ſingulis debent reddi.

Secundi filij ſunt qui in pugna cadunt. et
ꝓpt̄ iſtos dicit eccl'ia. Exurge ne repellas in fi
nem quare faciem tuam auertis. q. d. Oſtende
faciem tuam et reuertent̄ ad te. Tercij filij
ſūt qui per blanda temptant̄. nec ſuccumbunt
ſed quia aduerſa non tollerant ꝑiculum eſt ne
proſpera eos frangant. et ꝓpter hoc dicunt.
Exurge domine adiuua nos ꝓpter omnes. ſeq̄
tur. et libera nos. de hoc etiam in dominica ſe
quenti dicet̄. Epiſtola vero libent̄ ſuffertis
ꝑma ad Corinth. xi. c. Hortatur nos vt que
ramus dn̄m et deſpiciamꝰ et ſuſtineamus leſo
res et tanq̄ ꝯgnoſcentes. Dicimꝰ reſponſo
rium. Sciant gentes quoniā ⁊c̄. Tractꝰ oſtē
dit terram cōmotam conſcienciam peccatorum
In euangelio ergo ſemen iacimus. quoniaꝫ in
lxx. in vineam inducti ſumus. Eſt aūt euange
liū. Exijt qui ſeminat ⁊c̄. et hoc fuit beatꝰ pau
lus. qui ſeminauit ſemen. id eſt verbum dei et
ꝓpter hoc fit hodie ſtacio apud ſanctum pau
lum. et inde eſt ꝙ in fine collecte huiꝰ diei di
cit̄. Doctoris gentiū ⁊c̄. Sepe em̄ ſm̄ ſtacōnes
officia ordinantur. vt hodie. quia enim ſtacio
eſt ad ſanctum paulum. ideo de eo fit mencio ī
collecta. et eodem modo in quinta feria an̄ le
tare hieruſalem. et in ſabbato ibi ſequenti. vt
ibi dicetur. Protenditur autem lx. vſqꝫ ad

quartam feriam poſt paſca. in qua cantat̄ Ve
nite benedicti filij patris mei. qꝛ illi qui ī opi
bus miſericordie ſe exercent audient illud. ve
nite benedicti ⁊c̄. vt ip̄e teſtatur. et tunc ſpon
ſe ianua apiet̄ et ſponſi amplexu fruet̄. Vnde
in epiſtola āmonetur. vt ad inſtar pauli tribu
lacōneꝫ de abſentia ſponſi pacienter expectet
in euangelio vt ſeminacōm bōnoꝝ opeꝝ ſem
per inſiſtat. et que quaſi deſperans. clamaue
rat. Circūdederunt me ⁊c̄. Nunc ad ſe rediens
petit in officō in tribulacōnibus adiuuari. et
ab ipſis eripi dicens. Exurge ⁊c̄.

¶ De quinquageſima.

Sequitur de quinquageſima. In ꝑmis
autem notandum eſt ꝙ multiplex eſt
quinquageſima. ſcꝫ dierum. annorū.
pſalmorum. perſonarum. et denariorum. Quinq̄
geſima dieruꝫ triplex eſt. Vna a dominica iſta
vſqꝫ ad diem paſche. Alia a paſca vſqꝫ ad pen
th. de qua dicitur in conſilio aurelian̄. vt ante
paſche ſolēnitatem nō quinquageſima ſupplē
dum eſt. quia illa ſeruat̄ poſt paſca. ſed q̄dra
geſima teneat̄. Tercia ab octaua paſche a ſab
bato in albis vſqꝫ ad ſabbatum poſt penthe.
prima eſt penitentie afflictōnis et abſtinētie
tunc em̄ homines abſtinent a carnibus et cō
tinent a luxurijs. Secunda eſt leticie et exulta
cionis. Tercia figure ſiue glorie et glorificaci
onis. Figurat em̄ octauā etatē vbi vtraqꝫ ſto
la. ſ. anime et corporis inducū. ⁊ inde eſt ꝙ duo
alleluia in illa quinquageſima cantamꝰ. Quin
quageſima q̄ꝫ pſalmoꝝ triplex eſt. et tres ſta
tus criſtiane religionis ſignificat. primus eſt
penitentie. ſecūdus iuſticie. terciꝰ laudis vite
eterne. Hocqꝫ prima terminat̄ in ꝑs. Miſerere
mei deus. Secunda in ꝑs. Miſericordiam ⁊ iu
dicium. Tercia omnis ſpūs laudat dominum.
quod eſt in fine pſalmi. Laudate dominuꝫ de
celis. hee tres quinquageſime ſignificāt dies
diluuij. Tot em̄ diebus fuit aqua ſuper faciem
terre. ſ. centum quinquaginta. Ideo ergo tres
quinq̄geſimas pſalmoꝝ cantamꝰ. vt deꝰ a tā
diluuio et ab omni ꝑiculo nos defendat. In
q̄nquageſima vero annoꝝ erat annꝰ iubileꝰ.
q̄ q̄nquageſimꝰ erat. tanta em̄ erat ſeptenarij
celebritas. ꝙ ſeptima dies celebrat̄. ſcꝫ ſabba
tum. et ſeptima ſeptimana vt penth. ſeptimus
menſis. vt ſeptember. et ſeptenariꝰ annꝰ vt iu
bileus. in quo omnes ſerui liberabant̄. Si vo
aliquis eſſet qui nollet liberari. ſed remanere
in ſeruitute domini ſui ducebat̄ ad poſtes tab
naculi vel templi et ꝑforabat̄ eiꝰ auris cū ſu
bula quod erat ſignum ſeruicij. nec deinceps
manumittebat̄ etiam ſi vellet. Item omnia q̄
tellus ex granis ex eo anno ꝓcreabat omnibꝰ
erant omunia non em̄ colebat̄ illo anno. Omia
etiam debita illo anno remittebant̄ et poſſeſſi
ones alienate reſtituebant̄. ꝓut ſub penth. di
cetur. vnde iubileus remittens vel inicians in
terꝑtatur. ꝑ quā recte penitentia figuratur.

per quam vera libertas tribuitur et a diaboli
ſeruitute liberamur · per eam etiam peccatorum
debita remittunt̃ et hereditas eterna atqȝ ce-
leſtes manſiones reſtituũtur · Quinquageſima
ergo penitentie tempus et remiſſionis ſigni-
ficat · Inde eſt q hoc tp̃e p̃s · Miſerere mei de
us · qui eſt quinquageſim9 · et eſt p̃s · peniten
tie et remiſſionis frequentat̃ · et legitur et cã
tatur de diluuio · Nam ſicut per diluuium mun
dus purgatus eſt a malis hominibȝ · ita p pe-
nitentiã purgat̃ microcoſm9 · id eſt minor mũ
dus · ſ · homo a vicijs et criminibus · Rurſus
quinquageſime dies in penitentia ducim9 · vt
in quinquaginta ſequentibȝ diebus · ſ · a paſca
vſqȝ ad penth · quos in leticia ſumus acturi nõ
excedamus quin in die penth · ſpiritusſancti g̃
ciam ſuſcipere mereamur · Finitur eñ quinqua
geſima in die paſche · quia penitentia ad noui
tatem vite reſurgẽ facit · De quinquageſima
pſonarum ſmo habet̃ in Geñ · Abraam queſiuit
a domino ſi l. boni eſſent in populo nunquid
pcereetur eis · p̃mo dixit domin9 · Poſtea de ſe-
xaginta et quinquaginta et ſic vſqȝ ad decem
De quinq̃geſima denariorum habetur ſmo
in euangelio · vbi agitur de duobȝ debitoribȝ
quorum vnus tenebat̃ centũ denarios et ali9 qñ
quaginta ſed de ea nil ad preſens · Dicitur au-
tem quinquageſima q̃ſi quinquies decẽ · ſigni
ficans tempus remiſſionis vt dictum eſt · Qñ
quagenarius eñ numerus ↄſiſtit ex quinario
et denario in ſe multiplicatis · Nam qui opera
q̃nqȝ ſenſuũ corpus per decem legis mandata
moderatus fuerit ſecure dicẽ potit · q in vlti
mo die quinquageſime · ſ · in paſca cantat̃ · ſcȝ
Reſurrexi et adhuc tecũ ſum ꝛc̃ · Et nota q
theleſphorus · et greg̃ · pape ſtatuerũt vt cle
rici incipiant a quinquageſima ieiunare · Inſti
tuta eſt q̃nquageſima primo ꝓpter ſupplecõȝ
vt videlicet ſupplerent̃ dies dominici qui ꝺ ie
iunio q̃drageſime ſubtrahunt̃ · Secũdo · xl · die-
bus ieiunarent̃ · ꝓut ſub ſeptuageſima ẽ dictũ
Secundo ꝓpter ſignificacõnem · qr ſignifi-
cat tempus remiſſionis vt premiſſuȝ eſt · Ter
cio ꝓpter repreſentacõnẽ · quia non ſolũ tp̃s
remiſſionis ſignificat · verum etiam ſtatum bea-
titudinis repſentat · Nam in quinq̃geſimo ãno
ſerui efficiebant̃ liberi vt p̃miſſum eſt · et quin
quageſimo die a die agni imolati lex data eſt ·
et in quinquageſimo die a paſca datus ẽ ſp̃us
ſanctus · et ideo h numerus ſtatũ beatitudinis
repſentat · vbi erit adepcõ libertatis et ↄgni
cio veritatis et pfectio caritatis · Matutina-
le diei hui9 officiũ eſt de diluuio · vt eccleſia i-
cuciat timorem filijs ſuis · ne peccent p luxuriã
ſicuti in miſſa in poſtcõmunione · ne peccent p
gulam · et quia hec duo vicia maxie dominant̃
in illo tempore · ideo agit de diluuio · per qꝺ
penitentia deſignat̃ · vt p̃miſſum eſt · Sȝ ne ti-
mor nimis deſperare faciat dicit reſponſoriuȝ
Ponam arcum meum in nubibȝ celi in ſignum

federis quod exponitur allegorice de xp̃o vl̃
de quolibet ſancto ſm ſuum modum · Arc9 eñ
ille quantomagis ad celum eleuatur tantoma
gis ad terram deprimitur · ita ſanctus homo ·
quantomagis eleuatus eſt ad celeſtia tantoma
gis ſe humiliat · iuxta illud · Quantomaior es ·
humilia te in omnibus · Item arcus iſte eſt
ſignuȝ federis · ſimiliter et criſtus · vnde i pſal
mo · Reſpice in faciem xpriſti tui · et ſancti etiã
ſunt federis ſignum · quia poſſent iram dei te
nere · ſicut fecit moyſes · Item arcus ipſe por-
tentum eſt · ita et ſancti · quia ſi dominus ita ſu-
os affligi pmittit quid erit de malis · vnde le
gitur in eccleſiaſtico vidit arcum · id eſt ſanctũ
et benedixit qui fecit illum · Notandum auteȝ
eſt q p̃mo cantantur quedam reſponſoria de
diluuio · Secundo quedam de obedientia ab-
rahe · poſtremo de ceco illuminato · Ad notan
dum · q qui per penitentiã peccata ſua dilue-
rit · et mandatis dominicis vt abraam obedie-
rit a domino plene illuminari merebit̃ · Por-
ro in officiõ miſſe eccleſia rogat deum et inuo-
cat pro filijs ſuis afflictis · ꝺ · in introitu · Eſto
mihi in deum ꝓtectorem · Poſtea vero ꝓ lap
ſis et dicit · Et in domum refugij ꝛc̃ · et cauſam
ſubdit · ſ · per fidem cum dicit · Quoniam firma-
mentum meum et refugium meum ꝛc̃ · Tercio
ꝓ temptatis i ꝓſperitate exiſtentibȝ · cum di-
cit · Et ꝓpter nomen tuum dux mihi eris et enu-
tries me · De hoc etiam in precedenti domica
dictum eſt · Sequitur verſus de ſpe · q · ꝺ · quia
merito ſpei · dabis mihi h · In te domine ſpe-
raui · Oracõ ꝓ afflictis eſt · ſ · Preces noſtras
queſumus exaudi domine ꝛc̃ · Epiſtola eſt ꝺ ca
ritate · p̃ma ad Corinth · xiij · c · Si linguis ho-
minũ loq̃r · q · ꝺ · omnes virtutes eomodo quo
haberi poſſunt ſine caritate nihil valent ad vi
tam eternam · Et ponit ibi xv · gradus ex qui-
bus puenit̃ ad templum celeſte · Primus gra-
dus eſt · caritas paciẽs eſt · Secund9 benigna
eſt · Tercius non emulat̃ · ꝛc̃ · Deinde ſequit̃ cõ
mendacõ caritatis · Caritas nunq̃ excidit · qm̃
autem non poteſt homo habere caritateȝ niſi
fiant mirabilia · Maius enim eſt de impio facẽ
pium q̃m creare celum et terram · Ideo ſequit̃
reſpoſorium · Tu es deus qui facis mirabilia ·
verſus eſt · liberaſti in brachio tuo · id eſt xp̃o
per fidem xp̃i · Et ſequitur tractus · Iubila-
te · cui9 verba videntur eſſe contra illud quod
per tractum ſignificatur · ſcilicet dolores per
quos eccleſia trahit vitam miſeriam · Sed dic
q iubilacõ ſeu exultacõ non eſt contrariũ tra
ctui quoniam homo beat9 i ipſis miſerijs exul
tat · et etiam quando homo liberat9 eſt in ipſ
miſerijs gaudet · vnde in actibus apoſtolorum ·
Ibant apoſtoli gaudentes ꝛc̃ · et illud ſalomo
nis · Cor quod nouit amaritudinẽ anime ſue in
gaudio eius non miſcebit̃ extraneus id eſt dia
bolus hoc eſt ſuper om̃e gaudiũ · Euangeliũ
eſt de fide paſſionis et rſurrectõis · Ecce aſcen

dimus hieroſolimam ꝛc̄. Luce. xviij. c. Et quia
ꝑ fidem ceci illuminantur. ideo ſtatim ſequit̄
ceci illuminacō. qui valde ſapienter pecijt. d.
domine vt videam. quia viſio erit tota merces
Offertorium ſimiliter eſt de fide. benedictꝰ
es domine ꝛc̄. Et aduerte. quia in euangelio ce
cus peticōnem geminat. d. bis. Fili dauid mi-
ſerē mei. et in offertorio ſimiliter etiā gracias
de illuminacōne vtriuſqꝫ populi duplicat di-
cens bis. Benedictus es domine. et in alijs ec̄
verbis magis ac magis duplicit̄ illuminari po
ſtulat dicens etiam bis. doce me iuſtificacōneſ
tuas vel bis dicens iuſtificacōnes tuas ꝓpter
viam teſtimoniorum. et veritatis et mandato
rum. Poſtcōmunio. ſcilicet manducauerunt
et ſaturati ſunt nimis eſt de timore. vt ad me-
moriam reducamus quod dicitur ꝺ iudeis. Ad
huc eſce eoꝝ erant in ore ipſorum. et ira aſcen
dit ſuper eos. quia enim comederant vſqꝫ ad
nauſeam ſtatim deum ad iracundiam ꝯcitauer̄t
vt videlicet incuciatur nobis timor ne ꝑ gulā
offendamꝰ deū ſicut iudei. Hoc autem fac̄ ec-
cleſia. quia tunc ſolent homines magis inten-
dē gule ꝓpter carniſpriuium quod imminet de
q̄bꝫ dicit greg̊. Mꝺ ſtlm quēdi ſunt ſuo igenio
cū venia. et ideo bn̄ cōpetit huic diei. Poſt
etiam et aliter dici ꝙ tria ſunt neceſſaria q̄ ꝓ-
ponūtur nob̄ in epiſtola et in euāgelio. Ad ꝭ
vt opa penitentie que ꝑ quinq̄geſimam figu
rant̄ ſint ꝑfecta. ſ. caritas que ꝓponitur ī epl̄a
memoria dominice paſſionis. et fides que ītel
ligitur per ceci illuminacōnem. et ꝭ ꝓponunt̄ ī
euangelio vera fides. ſine qua nemo deo placē
poteſt. opera facit acceptabilia. memoria paſ
ſionis red dit facilia. caritas facit eſſe ꝯtinua.
Et ſicut eccleſia primo deſperans clamauerat
Circūdederūt me ꝛc̄. et poſt ad ſe rediens ad-
iuuari petebat. ita hic iam cōcepta fiducia et
ſpe venie ꝓpter penitentiam quaſi dominum
tenendo orat et dicit. Eſto mihi ꝛc̄. vbi petit
quatuor. ſcꝫ protectōnem illis qui ſunt in ad
uerſis. firmamentū illis qui ſunt in gracia. re-
fugium illis qui ſunt in culpa. et ducatum illis
qui ſunt in ꝓſperis. Epiſtola vero nos ponit
in expedicōne armis muniri docens. Tractꝰ
triūphatore milicie nos docet ſeruire ei quidē
qui nos fecit non ei cui nos vendidimꝰ. Et no-
ta ꝙ euangelioꝝ ꝯſequentiā racōnabilit̄ or-
dinatam. nam in. lxx. vineā colimꝰ. in lx. agꝝ
ſeminamꝰ ſiue ſemen ſpergimꝰ. in quinquage
ſima fructum lucis ī ceco illumināco colligimꝰ

De feria quarta in capite ieiunioꝝ.

Poſt quinquageſimā ſequit̄ quadra
geſima que ē numerus ſpecialis pe-
nitentie in qua ieiunat eccleſia et pe
nitet de peccatis ſuis. Per peniten
ciam enī q̄ ī quadrageſima ꝑficitur peruenit̄
ad quinquageſimam. id eſt ad annū iub. leuꝫ ꝭ
eſt ad remiſſionem pctoꝝ. vt ꝑmiſſum eſt. In
cipit aūt quadrageſimam a dominica ſequēti
in qua cantat̄. Inuocauit me. Sed in hac feria
quarta ieiunium inchoat̄ vt iam dicetur. Bea
tus petrus ꝑmo inſtituit ieiuniū quadrageſi-
me ante paſca. nec vacat a miſterio. ꝙ quadra
gintaſex diebus a capite ieiunij vſqꝫ ad paſca
in abſtinentia ſumꝰ. Nam poſt babilonicā cap
tiuitatē quadragintaſex annis edificatū fuit
templum domini vn̄ et nos poſt captiuitatē
babilonis. id eſt ꝯfuſionis vicioꝝ quadragin
taſex diebus per abſtinentiā et bona opa noſ-
ipſos templum deo edificamꝰ. Quare autē
quadraginta ieiunet̄. et quare dicit̄ quadra-
geſima ſub dominica ſequenti dicetur. Sane
ieiunium quadrageſime ꝯmendat̄ ab inſtituci
one et a tribꝫ temporibꝫ et a ꝑſonis que ī illis
ieiunauerūt. Rurſus ieiunia ideo ſunt inſti-
tuta. quoniā in lege ꝑceptū erat decimas deo
et primicias de omnibꝫ bonis reddi. vn̄ et nos
idipſm facere debemꝰ. et etiā de nobiſipſis. ſ.
de corpore. et de mente. n̄ de tempore. de his
et alijs ieiunijs dictum eſt ſub quarta feria ter
cie ebdomade aduentus. Siquidē de nobis ꝺ-
cimas et primicias deo offerimus. quando bō
num operamur. In quadrageſima ſoluitur
decima dieꝝ. qm̄ ſm greg̊. a prima dn̄ica qua
drageſime vſqꝫ in paſca. ſex ebdomade ꝯputā
tur. quoꝝ dies ſūt xlij. Ex quibus duꝫ ſex dies
dominici ſubtrahunt̄ de ieiunio remanēt tan-
tum. xxxvj. dies abſtinentie. qui ſunt quaſi de
cima anni. Vt ergo numerꝰ quadraginta di
erum q̄bꝫ xp̄s ieiunauit impleatur recipiūtur
ex inſtitucōne greg̊. pape quatuor dies prece
dentis ebdomade videlicet. quarta. quinta ſe
xta ferie et ſabbatum. Et ſm hoc dicitur qua-
drageſima quaſi quatuor cum decima quoniā
trigita ſex diebꝫ qui ſūt decima addunt̄ q̄tuor
vt ꝑmiſſum eſt quoꝝ. Primꝰ eſt ſanctificacio
nis et mundacōnis. quia tunc tam animam q̄m
corpꝰ mūdamꝰ. cineres capitibꝫ aſpergentes
Reliqui tres ſunt de ꝑmicijs dieꝝ q̄ ſoluūtur
in quatuor temporibꝫ anni. Sed cum triginta
ſex dies ꝑdicti ſint decima trecētoꝝ ſexaginta
dieꝝ. et annus conſtat ex trecentis ſexaginta
quinqꝫ diebus. et ſex horis. patet ꝙ cum ieiu-
namus trigitaſex dies racōne decime remanēt
quinqꝫ dies indecimati et ſex hore. Sed de il-
lis ieiunamus quatuor precedentis ebdomade
vt ſacer numerus compleatur vt ꝑmiſſum eſt.
Sed ſm hoc adhuc remanent triginta hore ī
decimate. videlicet vnus dies qui continet xx-
iiij horas et ſex hore. Sed poteſt dici ꝙ ꝓ de
cima illius temporis in ſabbato ſancto tardiꝰ
cenamus. vel forte ꝓpter hoc die illa tardius.
ſcꝫ de nocte miſſa celebratur. vt dictum eſt in
ꝓhemio quarte partis. Nos vero ꝓuincia-
les ieiuniū quadrageſime in ꝑcedenti ſecūda
feria inchoamus. et ſic duos dies. plꝰ ceteris
nacōnibus ieiunamꝰ. et hoc ſolum ꝓpter quan
dam honeſtatē. vt videlicet ſic biduo purifi-
cati in quarta feria ſacꝝ ieiunium inchoemus